



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Vndeцимum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

S U M M A R I V M .

- 1 *Donatio facta sub modo obmodum non seruatum per prælatum reuocari non potest.*
- 2 *Prælatus in acquirendis potest ecclesiæ nocere non autem in quæsitis.*
- 3 *Pactum de donatione facta de non alienando an valeat?*
- 4 *Ecclesiæ bona possunt alienari pro redemptione nisi fuerint sub bac conditione donata vel quando.*

Vndecimum Priuilegium.




C C L E S T A gaudet priuilegio , † quod donatio facta sub modo, ob modum non seruatum per prælatum reuocari non potest , quia delictum solius prælati, ecclesiæ nocere non potest, vt in regula delictum de regul. iur. vnde si datur ecclesiæ possessio, vt non possit alienari, & si alienetur, vt possessio possit ab ecclesia reuocari solo prælato alienante reuocatio fieri non potest, secus si cum prælato, Capitulum cōfensum præstitisser ita dicunt Docto. in cap. breui de iureiuran. vbi dicunt , aliud esse respectu conditionis implendæ, nam tunc satis est , quod prælatus non impleat conditionem, ad hoc vt res non acquiratur ecclesiæ,

2 quod singulariter notatur , quia ratio diuersitatis est , † cum in acquirendis solus prælatus ecclesiæ nocere possit, non autem in 3 quæsitis. † Sed videatur an pactum in donatione facta ecclesiæ de non alienando valeat, in autem alien. & emphyt. in §. sanctissimas 4 habetur , quod † bona ecclesiastica pro redemptione captiuorum possunt alienari , nisi sub hac conditione fuerint donata, vt non alienarentur , Si necessitas etiam vrget , aliqui tenent per glof. d. autem vt non possit fieri alienatio etiam pro redempcio ne captiuorum : Alij dicunt , quod in tali casu res tali modo sine conditione donata ecclesiæ ne alienetur , quod possit alienari , dummodo ecclesia alia bona non possideat , quoniam si alias res haberet, non posset propter prohibitionem testatoris, vel donato ris alienare , ex quo necessitatibus ecclesiæ consuli non potest, licet alienatur, si alia opinione ductus fuisset donator, non fuisset sane mentis , cum de tali necessitate pia hoc facere debuisset, capitul. sicut 47. distinctio.

S U M M A R I V M.

- 1 Ecclesiæ bona non possunt dari in emphyteusim nisi ex causa legitima.
- 2 Emphyteutica concessio est species alienationis.
- 3 Ecclesiæ res solitæ in emphyteusim concessæ prælatus concedere potest.
- 4 Emphyteusis concessio fieri debet eo modo quo solita est, & quando vitiatur,
 & quando corruit, ut ibi.
- 5 Emphyteusis concessio usque ad tertiam generationem si facta est ad quartam
 generationem sustinetur in tertia, in reliquo vitiatur.
- 6 Bona quæ possunt in emphyteusim, & feudum dari sunt terræ incul-
 tae, & hermes dummodo tradantur, ut reducantur ad culturam,
 ut ibi.
- 7 Emphyteusis concessio datur prima persona accipienti cum duobus hæredibus
 & ultra.
- 8 Emphyteusis concessio an possit concedi pro hæredibus extraneis?
- 9 Emphyteusis concessio potest dari ut transeat ad extraneos secus si simpliciter
 fuit facta concessio ut ibi.

Duodecimum Priuilegium.

- 1  COLESIA habet priuilegium, t̄ quod præla-
 tus bona spectantia pleno iure ecclesiæ, non po-
 test in emphyteusim concedere, nisi subsistente
 causa legitima, & debitiss solemnitatibus interue-
 nientibus; nec hoc reficandum in dubium, nā
 t̄ concessio in emphyteusim est species alienatio-
 nis, & si prælatus à iure prohibetur locare, res ec-
 clesiæ ad longum tempus, multo fortius ei denegatur concessio in
- 2  emphyteusim, quæ magis est, quam locatio, si vero res, t̄ ecclesiæ
 solitæ essent in emphyteusim concedi, bene prælatus posset, si ad
 ecclesiam aliquo casu reuerterentur, illas concedere in emphyteu-
 sim absque solemnitatibus in rei ecclesiasticae alienatione requi-
 fitis, ita colligitur ex text. in capitu. 2. de feud. quem ita commu-
 niter Docto. interpretantur, ut ait Didacus, libro 2. resolut. capi.
 17. numero 4. hæc est communis opinio, ut ait Socin. 169. nu-
 mero 9. libro 2. quod est duplicatum, in consilio 120. libro 4.
- 3  t̄ concessio in emphyteusim fieri debet, eo modo quo solita est,
 &